Disputatio medica inauguralis, de febre puerperarum ... / Eruditorum examini subjicit Gulielmus Simpson.

#### Contributors

Simpson, Gulielmus. University of Edinburgh.

#### **Publication/Creation**

Edinburgi : Apud Balfour et Smellie, academiae typographos, 1793.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/amthab5k

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

# DISPUTATIO MEDICA

## INAUGURALIS,

DE

# FEBRE PUERPERARUM.



# DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

# FEBRE PUERPERARUM.

#### QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE, Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Pracfecti;

NECNON

Amplifimi SENATUS ACADEMICI confentu, Et nobilifimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

#### PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini fubjicit

#### GULIELMUS SIMPSON,


ANGLUS.

Soc. Med. Edin. Sod.

Ad diem 24. Junii, hora locoque folitis.

E D I N B U R G I: Apud BALFOUR et SMELLIE, Academiae Typographos.


M, DCC, XCIII.



PATRUO SUO DILECTO, VIRO REVERENDO JOHANNI SIMPSON, HASCE STUDIORUM PRIMITIAS, SUMMAE OBSERVANTIAE TESTIMONIUM,

AUCTOR.

OFFERT



# DISPUTATIO MEDICA

#### INAUGURALIS,

#### DE

# FEBRE PUERPERARUM.

#### Auct. G. SIMPSON.

Historia PUERPERARUM febris \* plerum-Morbi. Que fecundo, vel tertio, post partum die, accedere folet : Hoc autem minime perpetuum est : Non defunt enim exempla, in A quibus

\* Quamvis hoc vocabulum in omnes tentationes febriles, quibus puerperae obnoxiae funt, pari jure cadere poffit ; in hac tamen differtatione, de peculiari illo fig-

norum

quibus non solum septimo, vel octavo, sed etiam ipsissimo puerperii die, si non ante hoc tempus, impetum suum facit.

A frigoris fenfu, et horrore, qui incertis intervallis plus minusve frequenter remeant, fere incipit ; haec autem figna interdum adeo levia funt, ut non folum aegrotantem, fed etiam ipfam curantes, effugiant.

Ægra a morbo inchoato dolorem capitis, quem haud raro vertigo comitatur, quique finciput, plerumque ad fupercilia torquet, conqueritur. Jamque magna urget fitis; facies rubore fuffunditur; animus est dimisfus; oculi nitorem amittunt; et aegra debilitatis generalis atque lassitudinis sensu afficitur.

Totum

norum concursu, quibus haec affectio, cui nomen strictius et usitatius assignari solet, insignitur, disferere volumus.

Totum abdomen, ceffante rigore, tenerum evadit; primo molle est; fed, dolore ingravefcente, paulatim tumefcit : Neque tumoris magnitudo doloris gravitati respondet ; quando enim dolor minus folito acutus visus est, tumor admodum infignis adfuit. Abdominis dolor perpetuus ac universus est; plerumque vero unam ejus partem gravius quam caeteras afficit : Hoc tamen admodum varium est. Aliis aegris scrobiculus cordis maxime dolet : Aliis vero dolor ad diversas hypogastrii partes refertur; et inde nonnunquam ad femora vibratur. Abdominis tegumenta tandem adeo tenera et tactus impatientia fiunt, ut stragulorum pondus vix tolerari queat.

Arteriarum pulfus, a morbi initio, multum crebriores fiunt; centies enim aut faepius plerumque temporis minuto primo micant; variantes centum inter et centum ac triginta numerum tenent; progrediente morbo, frequentiores adhuc

for our arrive funteriores moulding of meter

huc et abnormes funt, donec tandem protfus innumerabiles evadunt. Pulfus quoque debilis est, quamvis initio per paucas horas nonnunquam durus, ac plenus, digitum ferit.

ALLTA MALL

Lingua varias fpecies induit; in quibufdam exemplis, parum aut nihil affici videtur: In aliis albida atque humida exiftit. Lira ficca coloris obfcure rubri mediam linguam aliquando occupat; et, appropinquante morte, villis fufcis

Nec magis fibi conftat cutis : Saepe a folita fanitatis temperie vix deflectitur ; faepe quidem calida et ficca evadit : Nonnunquam vero fudor, qui artus fuperiores potifiimum occupat, prorumpit. Nec minus, incipiente morbo, alvi excretio variat ; in quibufdam enim exemplis regularis eft ; in aliis vero aliqua ex parte aftringitur ; dum in quibufdam levis alvi purgatio ab initio adeft ; quae quidem femper poft unum

unum vel ulterum diem, quo tempore dejectiones plerumque nigricantes, admodum foetidae, et aliquando fpumofae invenientur, expectanda est.

Ægra haud raro perpetua fere defidendi cupiditate, et fimul frequenti ad urinam reddendam ftimulo, afficitur : Haec primo parcius redditur, et, ficut in omnibus affectionibus febrilibus fieri folet, fpecie infigniter variat : Quod quidem a lochiorum conditione plurimum pendere videtur. Si lochia parum mutata perftent, urina plerumque coloris rutili eft ; et, quando morbus faufte terminatur, fedimentum copiofum ac fufcum aliquando deponere folet.

Lochia, in pluribus exemplis, nullam mutationem fubeunt; in nonnullis minuuntur vel reprimuntur, et in aliis proclivitatem ad putredinem oftendunt.

Lactis secretio, sive ineunte, sive progrediente, morbo,

morbo, parum nonnunquam mutatur; saepe tamen febris decursu minuitur, vel penitus supprimitur; simulque mammae, firmitate sua amissa, molles atque flaccidae fiunt.

Nausea atque vomitio prafina morbi impetum faepius comitantur, et per totum morbi decurfum plus minus adsunt; finem versus, quando funestus exitus ingruit, vix aliquid ventriculo infidebit; et quae vomitu rejiciuntur, colorem ac speciem coffeae faecis referunt.

using pleasungue coigne suiter arts, are quando

Aëris afpiratio magnam fed peculiarem moleftiam inducit. Ægra quidem anhela non eft, nec fpiritum difficilem, uti in pneumonia, neque cum fibilo ftrepente, ficut in afthmate fit, trahit : Sed doloris et anxietatis fenfus, qui infpiratione plena excitatur, adeo gravis eft, ut aegrota fpiritu quafi ad dimidium tracto refici atque recreari videatur.

7

Notatu dignum est, vi et gravitate caeterorum signorum non obstante, delirium perraro, atque tendinum subsultum adhuc rarius, uti obfervatione constat, supervenire.

#### cieron morbidarum enumerationem, quae e

Pulsuum frequentia, corporis et animi anxietas, et spirandi difficultas, indies ingravescere folent; dejectiones foetidae infciae elabuntur; fudor viscidus ac gelidus in artus diffunditur; et misera, torminibus remittentibus, inani sanitatis recuperandae spe lactata, die sexto vel septimo febri succumbit; haec tamen modo cursum fuum multo citius conficit; modo autem in duodecimum vel decimum quartum diem protrahitur. Quando morbus ad finem faustum perducitur, hoc plerumque tertio vel quarto post accessum die accidit; et in istiusmodi exemplis, morbum, diarrhoea, urinae profluvio, vel sudore copiofo, folvi, a quibusdam observatum est: Hujufmodi autem morbi terminationes adeo funt incertae,

# 8 DE FEBRE PUERPERARUM. incertae, et interdum minime observatae, ut nulla eis fiducia collocanda fit.

De cadaverum incifione.—Accuratifimam fpecierum morbidarum enumerationem, quae cadavera foeminarum, quae huic morbo fuccubuere, incidendo, inventae fuerunt, medici D. HULME acceptam referre debent. Abdomen plerumque infigniter tumidum, non autem tenfum, neque, quod colorem attinet, aliquid praeter naturam oftendere, obfervat. Incifo abdomine, aëris foetidi quantitas prorumpit.

voldeni alens obom pilennebilipitionitem t

In exemplis vero in quibus alvi proluvies graviffima, et morbi usque ab initio extiterat, abdomen omnino planum et potius aliquatenus fubfediffe vifum est.

Quantitas humoris serosi, nonnunquam ad libras duas, cui massulae membranaceae aut moleculae instar lactis coagulati, vel innatabant, vel DE FEBRE PUERPERARUM. 9 vel intestinis adhaerebant, in abdominis cavo inventa est.

ullis inflammationia fiquis invoninues; ot hace

Inteftina, in quibufdam exemplis, plus minufve inflammata, atque aëre diftenta fuerunt; in aliis equidem fibi invicem leviter adhaerebant. Haec inflammatio in totum peritonaeum diffundi videbatur.

Omentum, in omni exemplo, vehementer affectum, valde inflammatum erat, vafis ejus admodum turgidis et mole auctis; in paucis quidem exemplis fuppuratio, immo etiam nonnullis gangraena, fupervenerunt.

Morbum in jecur, caeteraque abdominis vifcera, diffundi, neque femper intra illius parietes cohiberi, fed aliquando ad thoracem obrepfiffe, et in his pulmones manifeste affici, compertum est.

Talbaicatan and da manati norrendiff addi entrio reachedian

B

in all of a last and the is the cost and the and the and the and

Uterum

Uterum tamen, in quovis fex exemplorum quae Hulme indagavit, fi unum excipias, fine ullis inflammationis fignis invenimus; et haec quidem exceptio fortuito obtigiffe videtur; fuperficies enim omenti inferior, quae gangraena affecta est, utero, qui in diversis ejus partibus colore livido imbutus fuit, proxime incubuit: Idemque livor eodem modo cum ovariis communicatus est.

Si uterum, lochiis nondum fuppreffis, fcrutemur, fuperficies ejus interna gangraenae fcrupulum nobis injicere facile poterit; fas autem est observare, hanc uteri speciem omnino a fluxu pendere, eandemque non difficiliter eximi posse.

Morbain in jecure, caeteraque abdominia alf.

Omenium, in omni exemplo, vellementer af.

De causis remotis.—Magna mobilitas et folicitudo, quibus gravidae angi folent, et summa debilitas quae partum insequitur, ad peculiarem in sebrem opportunitatem inducendam, et ad hunc statum maxime omnium, causis occasionalibus

# DE FEBRE PUERPERARUM. 11 nalibus admotis, tentationi febrili obnoxium reddendum, confpirant.

burns lell : Com autoint ex slot bi hiltoria efto-

Caufas quidem occafionales veftigiis quafi plerumque confequi poffumus ad imperitam parturientis tractationem, et exinde ad immunditiam, diaetam parum idoneam, aëris liberioris defectum, frigus, vel, ut brevi expediamus, ad quamlibet caufarum quae febrem communem fimplicem excitant.

De morbi natura.—Opinionum diversitas, quae de puerperarum febris natura, apud diversos auctores invaluit; et theoreae variae, quibus diversarum causarum, quas finxerunt, modi operandi rationem reddere moliuntur; neque quidem pauciores, neque ad animos nostros explendos magis accommodae funt, quam commenta, quae ad cujusvis fere alius morbi cui gens humana obnoxia est, naturam investigandam, excogitata fuere.

Morbus

Morbus ab HIPPOCRATE \* multifque auctoribus recentioribus † lochiorum fuppreffioni tributus eft : Cum autem ex morbi hiftoria conflet, hanc rem longe aliter faepe fe habere, et illam exinanitionem in multis exemplis neque quantitate minui, neque qualitate peccare, fieri non poteft quin istam fententiam rejiciamus : Effectus enim adeo fibi conftantes a caufa inftabili ac incerta haudquaquam provenire poffunt.

HOFFMAN<sup>†</sup>, DENMAN<sup>§</sup>, et plerique quidem auctores, uteri inflammationem puerperarum febris causam agnoscunt: Haec autem, utpote morbus

\* De morb. mulieb. lib. 1. fect. 2. vid. de Haller artis medicae, tom. 3.

+ Vid. Boerhaave de morbis puerperii, aphorifm. 1329, &c.

‡ Vid. Hoffman, tom. 4. sect. 2. cap. 10. de inflammatione et febre uterina.

§ Vid. Denman, Effay on puerperal fever.

morbus tum fignis, tum medendi ratione omnino diverfus, prima facie, nobis rejicienda videtur; maxime ob infuperabilia quae cadaverum inciforum infpectio hujufmodi opinioni objieit; uterus enim inflammatione, faltem primaria, nunquam in hac febre affici invenitur.

VAN SWIETEN \*, paucique medici, ejus vestigia prementes, lactis translationem pro hujus morbi causa habent; hanc quidem sententiam inde oriri verifimile eft, quod post mortem humor lacteus in abdominis cavo repertus fuerit. Si concedatur, istiufmodi translationem fieri poffe, pro morbi effectu, potius quam caufa, habenda nobis videretur. Nam in multis exemplis lactis secretio nequaquam mutata est. Re fatis perpensa, minime mirandum est, omnes affectiones, quibus puerperae obnoxiae fiunt, a variis, et praecipue mulieribus ipfis, abnormi lactis et lochiorum fluxui esse imputatas; haec enim

\* Morb. puerper, tom. 4. § 1329, &c.

enim huic statui soli propria sunt; et corpore quavis causa insigniter turbato, inter prima morbi signa fere afficiuntur.

HULME\* vim argumentorum fatis quidem fpeciofam offert, quibus, intestinorum et omenti inflammationem, causam morbi proximam effe, illaque uterum gravidum prementem caufam praedisponentem, probare molitur.

Huic autem objici poteft, fignorum febrilium acceffum, abdominis teneritudini ac moleftiae, praeire; haec igitur pro illorum effectu haberi non poffe.

Et fane, fi, hoc auctore judice, fanguinis circuitus in partibus vicinis, utero distendente impeditus foret; mala eventa ultimis potius graviditatis mensibus, quam puerperio, supervenisse oportet;

" Libre province contract gradua "

\* Treatife on puerperal fever, chap. 6.

DE FEBRE PUERPERARUM. 15 oportet ; effectus enim fe ante caufam fublatam oftendere debent.

sitius pervenit : Menninguine viginiiguila

Opinionis hujusce auctor, musculorum abdominis atque fepti transversi actioni inter parturiendum, plus satis inniti videtur : Afferit enim, intestina et omentum, omni nisu parturientis spastico, utero atteri et quasi commoli, dum infans viam fibi in pelvim patefacit : Foetus autem caeteraque quae in utero continentur, vi, qua fibrae ejus musculosae se contrahendi pollent, potifimum expelluntur : Nec non eorum, qui de hac re scripserunt, observatione, partus faciles ac naturales haud rarius hac puerperarum affectione, quam lentos ac difficiles, in quibus omnes vires adjutrices maxime necessariae fiunt et validisfime exercentur, excipi constat.

Porro, fi res ita fe haberet, morbus, de quo agitur multo frequentior ac generalior foret oportet; nec in aliis, prae aliis, locis, invalef-

cere poffet : Curfum multo velocius quam inflammatio conficit, et ad terminationem fuam citius pervenit : Nonnunquam viginti quatuor horarum fpatio, nulla gangraena, quae raro quidem obfervatur, apparente, morte finitur : Neque fudor iste viscidus ac peculiaris, qualis plerumque his, qui gangraena moriuntur, fupervenit, mortem earum, quae puerperarum febre rapiuntur, antecedere folet.

White \*, aliique auctores, hanc febrem proluviei putridae, et praesertim lochiis putrescentibus, ob puerperam imperite tractatam, eandem justo diutius lecto affigendo, et hoc corporis situ fluxum impediendo, resorptis, tribuunt.

Cum autem haec affectio puerperas, quarum lochia, quantum judicare poffumus, rite ac naturaliter progrediuntur, neque ullam in putredinem

\* Vid. White. Treatife on the management of lying-in women. Appendix.

dinem proclivitatem ostendunt, adoriatur ; cumque diaeta abnormi, frigore, &c. inducatur ; illa fententia vix admittenda est.

Nec defunt quidem exempla in quibus, licet lochia, propter minutas placentae portiones retentas, infigniter putrida fuerint, nulla tamen febris infecuta est.

Haec affectio, caufis remotis accuratius perpenfis, nihil aliud ad fummum effe videtur, quam febris communis, quae, ob ftatum fpecialem, medendi naturam, et habitum aegrotae corporeum, figna peculiaria his rebus oriunda oftendit.

In foeminis robultis ac plenioribus, quibus diathefis phlogistica infignis est, febris magis ad phlegmasias accedere potest; dum in infirmis et mobilibus, si tardo puerperio vires convellantur, debilitatis et typhi signa manifestiora su-C pervenirent.

pervenirent. Statu quidem et conditione gravidarum et enixus defatigatione, et inanitione quae infequi folet, facile adducimur ad credendum morbum, in omni plerumque exemplo, typho potius quam fynochae, fore affinem.

His pofitis, ratio aliqua ex parte reddi poteft diverfarum, et fere fibi invicem repugnantium, morbi enarrationum, quae a diverfis auctoribus produntur.

Hanc affectionem contagio vulgari, hinc liquido patet, quod post plures eadem, in valetudinario Edinburgeno raptas, D. Young, qui eidem tunc temporis praesuit, omnia cubicula purganda atque pingenda curavit; quo facto, morbus evanuit, neque, hac cautione adhibita, denuo reversus est.

Nihil exiftit autem cur credamus, morbum contagio fpeciali diffundi : Quandoquidem Prof. Home

Home \* nos certiores facit, eas mulieres, quae, tempore, quo hic loci grassatus est, apud se peperere, eodem immunes evasisfe.

Nec mirandum eft, puerperarum febrim in nofocomiis publicis, prae aliis locis, vigere; cum non folum omnes caufae excitantes ibi locorum adfint, fed etiam paup'erculae, quae fubfidia ex hujufmodi inftitutis provenientia in rem fuam vertere, neceffitate cogantur, huic morbo infigniter proclives fint oportet. Infimae fortis mulieres, dum uterum gerunt, enormi vitae generi, ingentique defatigationi, neceffario objiciuntur. Ultimoque graviditatis fuae ftadio affectibus animi reprimentibus mirum in modum vexantur.

Quanta vi hujufmodi animi affectus in puerperis pollent, fequenti exemplo illustratur.

#### Juvenca

The second second second second

\* Vid. Clinical experiments, &c. fect. 4.

Juvenca toto graviditatis tempore quam optime valebat, et tandem feliciter enixa est.

Mater autem ejus jam in lucem fusceptae, puerpera, uti ex historia constat, fato concesserat. Hujus autem rei tristis recordatio, tantum ei pavorem incussit, ut, etiamsi puerperium votis quam optime cesserat, secundo post partum die, febre, cui brevi occubuit, correpta fuerit \*.

D. HOME pariter obstetricem, unamque ex nutricibus, quae hoc morbo in hujus urbis valetudinario, laborantes curabant, febre, ast diversa quidem, utpote in binis hisce aegris, vomitu et ventris sluxu immuni, tentatas fuisse, assert. Non defuit tamen suspicio harum soeminarum morbum a contagio originem duxisse.

De fignorum ratione.—Puerperarum in febre inflammationis est exemplar, quod ex partium affectarum

\* Dr Clarke. Londinenf.

affectarum debilitate oritur; eademque, five effectus five terminationes fpectamus, phaenomena, ac aliarum membranarum inflammatio, nobis oftendit. Inteftina non folum fibi invicem interdum adhaerent; fed etiam eorundem fuperficies exudatione ad inflammationem pertinente, ei, quae cynanche tracheali fupervenire folet, fimillima obducta; cum humore albido ac ferofo, puris nonnihil detinente, in abdominis cavum effufo, illi, qui in pectoris cavo in aegris, qui pneumonia laborantes extremum halitum efflavere, haud abfimili invenitur.

Hac re cognita, fignorum moleftiorum ratio nobis manifesta evadit.

Abdominis tormina, aliquorumque ejus viscerum inflammationem, omnium, qui de hoc argumento scripferunt, caetera quamlibet discordium testimonio, existere confirmatur. Non solum omentum atque intestina ipsa, sed etiam vasa.

vafa, quibus tanta copia irrigantur, laxa et infirma post partum fiunt; humori igitur, quem continent, quique jam uteri contractione, qua vafa ei propria magis impervia evadunt, quantitate augetur, propellendo imparia funt : Hinc fanguis in his partibus congeritur. Impetum autem fanguinis et constrictionem vaforum extremorum febre illatam, haud parum ad hanc congestionem conferre, liquido probatur observatione eorum, qui cadavera inciderunt aegrotantium febre a puerperarum diversa mortuorum, in quibus eadem fere phaenomena observata funt.

His pofitis, ratio facile redditur fummi iftius abdominis cruciatus et tactus impatientiae, de quibus aegrae femper conqueruntur; moleftiae etiamque fingularis ac fpirandi difficultatis, quae oriuntur ex formidata thoracis amplificatione, et dolore, quo fepti transversi descensors viscera abdominis inflammata afficit.

Caetera figna ad pyrexiam generalem pertinent; hujus autem naturae, caufarum, et ipfarum modi operandi, investigatio a proposito nostro aliena est.

De diagnos.—Paucae quidem aegrotationes existunt, quorum indicia notis adeo manifestis infigniuntur, ut nihil cum aliis morbis commune habeant; hanc rem in puerperarum febre praecipue ita se habere invenimus. Morbi, quibus haec affectio confundi potest, funt dolores illi qui partum infequi solent, hysteritis, febris lactea uti apellatur, miliaria, colica, et cholera.

Minime vero mirandum est, hanc affectionem, doloribus illis qui partum excipiunt, a medicis parum cautis confundi : Illi enim dolores plerumque jure expectantur. Omnis igitur cruciatus, et omnis a fanitate recuperanda aberratio illis, sponte quasi, ab incautis tribuerentur. Memoria fed tenendum, dolores qui partum

partum infequuntur, intervallis reverti; neque generalem abdominis teneritudinem, vel tactus intolerantiam; neque fpirandi difficultatem, inducere; neque arteriarum pulfus inde turbari; et eofdem denique, lochiis ceffantibus, evanefcere.

marum tenhons en doisid al aire do manife

Hysteritis et puerperarum febris a se invicem vix unquam distinguuntur, licet plurimae fint res, quae ad diagnofin fatis manifestam ducunt. Si animum definitioni hysteriditis a D. CULLEN pofitae, videlicet, ' Pyrexia, hypogastrii calor, ' tentio, tumor, et dolor, os uteri tactu dolens, · vomitus,' advertamus ; primum et ultimum ejus fignum, scilicet calorem ac vomitum, his binis morbis communia effe videbimus. Porrog dolor in hysteritide est pulsatilis, et ponderis fensu comitatur : Nec parum in distinctione eruenda adjuvabimur, observando, calorem in hysteritide esse femper plurimum auctum; lochia

# DE FEBRE PUERPERARUM. 25 chia statim, ac subito, repressa; et pulsum diu admodum plenum ac durum perstare.

Etfi febris lactea, eo quod rigore et capitis dolore impetum facit, per breve tempus puerperarum febri confundatur; brevi tamen, mammarum tenfione et moleftia, axillarum dolore, et potiffimum doloribus abdominis et fpirandi difficultate abfentibus, ab eadem fecernetur.

Specialis papularum forma, quae miliariae fuperveniunt, una ' cum fudore olido, frequenti ' fufpirio, et punctionibus cutis,' ut a CULLEN definitur, hanc a puerperarum febre fatis facile diftinguet.

verfac in affectione de qua hic agitar : Dian-

Puerperarum febris secernitur a dolore colico, eo quod hic suam sedem primariam in umbilico figit; qui una cum musculis vicinis saepissime contractione spassica afficitur: Ægra cor-

den en D de maine pus

· · diffinguilling.

viente praecipuo colligitur ; Cum antem illa

# 26 DE FEBRE PUERPERARUM. pus fuum contorquet; levamen ex abdomine presso percipit, alvo fimul pertinaciter astricta.

other quality

Puerperarum febris denique a cholera diffinguitur : Nam refpiratio in hac integra perftat, neque ulla abdominis tactus impatientia adeft ; vomitus majori vi ac gravitate progreditur, virefque citius exhaurit, nullis pyrexiae fignis plerumque comitantibus ; quae res funt valde diverfae in affectione de qua hic agitur : Diarrhoea enim levamen quamlibet fugax fecum adfert.

De prognosi.—In hoc morbo, veluti in aliis, judicium nostrum de eventu ex signorum gravitate praecipue colligitur : Cum autem illa plerumque sint admodum varia, et sallacia, cautissime semper ferendum est.

Inter omnes auctores convenit, arteriarum pulsui potissimum esse fidendum. ' The most ' distinguishing

diftinguifhing and infeparable fymptom of all
others, is the quicknefs of the pulfe, whatever
other quality be joined to it, which conftantly
occurs whenever this fever exifts in any alarming degree, and from which the degree
of danger may be estimated more certainly,
than from all the other fymptoms put together \*.'

Si igitur arteriarum pulfus, aliquandiu poft idonea remedia perite exhibita, celeres, et fimul parvi, ac debiles, perstiterint; licet omnia caetera figna speciem benignam assumant, aegraque levamen percipiat; summum tamen periculum timendum est.

Utcunque, fi post alvi proluviem, sive sponte, five arte, excitatam; si post sudorem profusum, ast generalem; vel, si denique post copiosum urinae

\* White. White made balanche and the mailing

27

urinae profluvium, pulsus tardiores evaserint; exitus morbi fauslus jure expectandus est.

Respirationis quoque status, una cum pulsu, nos ad judicium de eventu certius ferendum adjuvabit.

Quod caetera quidem figna attinet, vix nobis in hac re auxilio erit. Magnitudo autem eorundem, violentia, fcilicet, vel lenitas, ad fententiam nostram roborandam conferet.

De medendi natura.—Nullam medendi rationem, quae ufu comprobatur, vel melius, quam ipfius morbi natura, intelligitur, hactenus ftabilitam effe, maxime dolendum eft : Singuli enim auctores illam medendi methodum, quae ipforum opinioni optime quadrare vifa eft, propofuere.

Re accurate perpensa, absurdum, imo vix fieri

fieri posse, videtur, unam medendi methodum regularem, ac fibi constantem, omnique morbi exemplo facile accommodandam, stabilire: Affectio enim de qua agitur, diversas in diversis aegris, quas adoritur, species induit: Et insuper tam antecedentium, quae quidem valde varia sunt, quam signorum quae adsunt, ratio habenda est.

Quaedam tamen de quibusdam remediis usitatioribus differere, non abs re sit.

Nonnulla generalia diathefin phlogisticam minuendi confilia, quibus quidem, et praesertim fanguinis detractioni, multum infistitur, a quibusdam medicis ponuntur : Dum alii, nec minore fiducia, eadem rejicienda clamitant.

Sanguinis autem detractionem rariffime neceffariam, immo aliquando periculi plenam, ex morbi historia jam tradita, liquido constat. Haud-

30

Haudquaquam vere negandum est, quin exempla, in quibus hujusmodi exinanitio prodesse queat, medicinam facientibus occurrant: Sed morbi progressus adeo plerumque velox est, et debilitas quae infequitur adeo infignis, ut esfectus, quibus minime mederi possumus, ex sanguinis detractione minus caute adhibita, oriri queant.

Nec iste medendi modus usu comprobatur; nunquam enim in locis, per quae morbus stragem latistime dedit, profuiste visus est. In nofocomiis Edinburgi atque Dublini manifeste nocuit : Eosdem diros estectus Lutetiae Parisiorum in valetudinario, cui nomen Hotel Dieu, praestitiste fertur.

Levret \*, usum venae sectionis omnino vituperans, sic scribit : ' Ce n'est pas sans de bon-' nes raisons, que j'établis ici ce precepte ; j'ai vû

Diffante motol ist

\* L'art des accouchmens, § 995.

31

vû périr plusieurs femmes qui avoient été
beaucoup faignëes pour des dépots confécutifs à la matrice à la suite des couches: Il y
a plus, je n'en ai pas même encore vû échapper une seule.'

Remedia vomitoria haud parum a quibusdam medicis Gallicis \* commendantur; et quia aliis febribus progredientibus occurrunt, eadem in hac affectione pariter profutura verifimile fit. Fieri tamen forsitan potest, ut hujusmodi medicamentis, propter levamen, quod aliquando afferre videntur in quibusdam lenibus frebriculis, quae faepe post partum impetum faciunt, et curfum fuum brevi tempore perficiunt, plus fatis confifum fuerit. Utcunque fe res habeat, instante morbi tentatione, si unquam, semper administranda sunt : Nam, si diutius differantur, abdominis tormina, vi, quae in corpore quatiendo pollent, augeant oportet. In exemplis.

plis, ubi gravis nausea ac vomitus sponte occurrunt, praecipue indicantur.

Remedia vero quae promovent alvi proluviem, quae vel morbi tentationem comitatur, vel citissime expectanda est, optimos edunt effectus.

Remedia vemicoria haud parum a quibuldam

Alvus autem catharticis mitioribus, qualia funt Oleum Ricini, vel quidam ex Salibus neutris, et praecipue alvum ducentibus, quae penitus neceffaria D. Denman opinatur, purganda est. Sub morbi initium enemata emollientia fola usurpanda funt : Si haec autem votis nostris parum responderint, ad remedia efficaciora confugiendum eft. Antimonium Tartarizatum, parvis dofibus faepe iteratis, ab auctore modo citato adhiberi folebat. Hoc, inquit, medicamentum raro nostram vomitum ciendi spem fallit, in exemplis ubi nausea infignis adest : Et rarius canalem intestinalem evacuandi expectationem fustratur. Porro, levem per cutem exhalationem

promo-

# DE FEBRE PUERPERARUM. 33. promovendo, et hoc modo curfum humorum ad corporis fuperficiem faciendo, fanguinis in vifceribus congestionem forfan tollere potest.

Haustus falini, intervallis adhibiti, admodum profuisse observati sunt.

sitistics vitandos, aradversioninaviantanse qualita

Signi alle malefiliera, promotintature die ingit

Si diarrhoea fit praeter folitum gravis, aegraeque vires fubito convellere videatur, columbo radicem in eadem cohibenda maxime utilem effe, experientia docet.

discounds final Subhased augin sous moltris

Quoufque diarrhoea promovenda vel coercenda fit, dejectionum species, atque aegrae vires, plerumque indicabunt. Crebra linteorum mutatio et regimen frigidarium praescribenda sunt.

Fotus abdominis, ad tormina minuenda, atque ad fomnum diu defideratum alliciendum, maxime profunt: Et hirudines, eodem confilio, abdomini admotae, faepe levamen attulere. Ægrae

vires.

34 DE FEBRE PUERPERARUM. vires cortice Peruviano et vino generofo fustinere decet.

Signa alia moleftiora, prout fuperveniant, mitiganda funt. Sed ante omnia, morbus, gravidam perite curando, et post partum causas excitantes vitando, praeveniendus est, si fieri posfit.

# FINIS

